

uum meum in domum tuam inuitares. nonne prius eam mun-  
dare curares. Inuocas me in cortium & plenum est rapinis. quo  
inuocatur dñs. blasphemis plenum. plenum est adulteris. ple-  
num est fraudibus. plenum est malis concupiscentiis. & inuocas me.  
Deniq. de talibus quid dicit alio loco psalmus. Dñm ñ inuocauerunt.  
& utiq. inuocauerunt. ne tam inuocauerunt. breuiter  
dico. quò nata est questio. ut tantam mercedem exigat homo.  
alligans unum meritum dicendo quia inuocauit. cum uideam  
tam multis inuocare dñm. Nata questio unde non transeunte  
eundum est. dō co ergo se uerter homini auari. Inuoca dñm. qua-  
re inuocas dñm. ut dā & mihi lucrum. Lucrum ergo inuocas.  
non dñm. quia hoc lucrum quod concupiscis. non poter habere  
per seruum tuum. per amicum. per satellitem tuum. Inuocas dñm.  
ministrum lucra tu facis dñm. uult tibi dñs. uis inuocare dñm  
gratis inuoca. auare an parum est si uite impleat ipse dñs. dñs  
si ad te ueniat. si auro & argento non uis illum. quid ergo tibi  
de his quae fecit dñs sufficit. cui dñs ipse non sufficit. Merito ergo  
rogasti non confundar quò inuocauit te. Inuocate dñm fr̄i si non  
uultis confundi. Confusionem enim quandam timet iste. de qua in  
superioribus psalmi locutus est. Intē dñe speraui non confundar in  
aeternum. nam ut sciat quia istam confusionem timet. quid ad-  
didit cum dixisset. non confundar quò inuocauit te. Erubescant  
impū & deducantur in infernum. Confusionem utiq. illam in aeter-  
num. muta efficiantur. labia dolosa \* quae locuntur aduersus  
iustum iniquitatem. in superbia & contemptu. Iustus iste. Xps est.  
Quia labia locuntur aduersus eum iniquitatem & in superbia  
& contemptu. Quare in superbia & contemptu. Quia contemp-  
tibilis superbis apparuit. qui tam humilis uenit. Non uis ut contēp-  
pnatur ab his qui honores amant. ille qui tantas contumelias accepit.  
Non uis ut contempnatur ab eis qui pro magno habent istam uitam.